

August Varenius Erik Georg Römling

Disputatio De Actionibus

Rostochi[i]: Richelius, 1646

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730224333>

Druck Freier  Zugang



R II phil 1646
August Varennius
Erich Georg Romlingh

DISPUTATIO

De

80.

151
ACTIONIBUS.

Quam

Duce & Auspice Deo Ter. Opt. Max.

In Illustrissimo & celeberrimo Rosarum

ATHENEO,

Consentiente amplissimo Philosophorum

Collegio

SUB PRÆSIDIO

Clarissimi & Excellentissimi VIRI

Dn. M. AUGUSTI VARENII

Acad. Rostoch. Professoris publici,

Ad diem 8. Augusti, horu ab 8. matutinis publicè in Auditorio majori
habendam proponit

Doctorum Examine Publico submittit

ERICUS GEORGIUS Römlingk/

Author & Respondens.



ROSTOCHI

è Typographico Johannis Richelii, Sen: Typogr.

ANNO 1796 XLVI.

VIRIS

*Illustri, Magnificis, Nobilissimis, Consultissimis
& maximè Strenuè*

Dn. BODONI ab HODENBERG,

Illustrissimi, Reverendissimi ac Celsissimi

Principis ac Domini

DN. FRIDERICT Ducis Brunsv. & Lunæburg.

in Ducatu GRUBENHAGICO Præfecto Supremo,

& Proprincipi Eminentissimo &c. &c.

Dn. HENRICO LANGERBECK,

Jcto Celeberrimo,

Illustrissimi ac Celsissimi Brunsv. & Lunæb. Ducis Vice Cancellario,

Secretiorum, ut & Bellicarum rerum Consiliario graviss.

& p. t. ad Illustrissimos Pacificationis publicæ

Tractatus Monasterienses

Legato amplissimo,

Dn. Mæcenatibus, Promotoribus & Patronis sui venerandis.

S. P.

Magnifici Viri qui ad vos scribere audet, Magnificentiam vestram ignorat: qui non audet, Humanitatem: Ego fretus utriusq; temperaturâ mihi non obscurâ, tantò majori cum reverentiâ fidens. animi Vos publicè compellare & hoc ipsum Gymnasium Academicum ad pedes vestros, vel Solduriorum more cliens deponere non dubitavi: quod ut Vobis serena fronte allucescere sinatis, vehementer rogo. Deus vos quam diutissimè sospites & incolumes servet, laboribus vestris publicis, quos pro patria feliciter exantlatis, ex alto benedicat, & serò natali cœlo redonet. Valete.

Dab, in Illustri qua est ad Varnum Academiâ

17. Calend. Augusti An: 1646.

*V. V. Nobilissimas, Magnificentiam
submissè colens.*

Ericus Georgius Römlinger

A. & R.



§ 1.

Macrocosmum duo perficiunt,
Coelum & Terra: Hominem τ μικροκο-
μου, Corpus & anima: illud terram re-
praesentat, (pulvis enim est, & in pulve-
rem revertetur) haec coelum, Duo, in coe-
lo maximè eminent noctis & diei dominatores; Mo-
narcha diei Sol, & quæ micat inter ignes Luna minores:
hic Sol est intellectus, Luna, voluntas, utraq; tamen æq;
nobilis intelligentis animæ potentia, quæ hominem à
brutorum specie sequestrat, & in immortalitatis cujus-
dam expectationem extollit. Utriq; originali naturæ
corruptione etiam hâc parte graviter infirmatæ, in na-
turalibus medicatur Philosophia, tam quæ intellectum
contemplatione rerû sublimium ac divinissimarum ad
felicitatem Theoreticam: quam quæ appetitum honesto
virtutis exercitio ad felicitatem practicam deducit: fun-
damentum utriusq; est recta ratio, quo suffulta, nun-
quam errat, nunquam fidei repugnat: illam maximè
commendat rerum dignitas: hanc utilitas, cujus tamen
quanta sit in ipsa civili societate præ aliis præeminentia,
ipse docet Philosophus, quando ad quæstionem de
Summo Bono, respondet, quod ad eam pertineat disci-
plinam, quæ sit η κυριωτάτη κ μ άλιστα δ εχτικὸν τ δ η-
σημῶν η δ ιωάμεων Lib. 1. Eth. c. 2. quam graviter autem in
felicitate politicâ hallucinentur mortales idem docet.

Philosophus Lib. i. c. 5. Tria, (inquit) sunt vitæ genera, quæ maximè excellent: τῶν πολλῶν, πολὺκῶν, ἢ θεωρητικῶν: Vulgus pro S. B. habet voluptatem, & proinde, eam quoq; vitam amplectitur, quæ tota est ὑπολαυστική: & paulò post: οἱ μὲν πολλοὶ, inquit, παντελῶς ἀδραποδάδεις φαίνονται, βοσκομάτων βίον προαιρέματος: quibus proinde, ut & cæteris S. bonum denegat, dum remotis illis idipsum c. 7. definit, quod sit ἐνέργεια τῆ ψυχῆς κατὰ δεξιῶν τιμῶν καὶ τελειωτικῶν ἐν βίῳ τελείῳ. Agit præterea de virtute, quibus quid in communi vitâ præstantius? Nulla certè vitæ pars neq; publicis, neque privatis, neq; domesticis rebus, neq; si tecum aliquid agas nec si cum altero contrahas vacare virtute potest, in eaq; excolendâ sita est vitæ honestas omnis, & in negligenda, turpitude.

§ 2. Coeterum licet idem bonum sit hominibus & civitatibus, majus tamen ac perfectius quid esse videtur, civitatis bonum & consequi & conservare: cum enim præclara res sit, vel uni soli id contingere, longè certè præclarior est, gentibus ac civitatibus illud conciliare, verba sunt Philosophi, Eth. c. 2. Unde quanta Politices etiam sit præstantia (unum licet specie subjectum, & unus specie finis sit in totâ Philosophiâ Practicâ, adeoq; in illâ non plures specie distinctæ disciplinæ practicæ: sed plures unius disciplinæ partes, cum habitus practici specificentur sine specie distincto: finis autem radicetur in subjecto) præ illâ, quam Theoreticam Philosophiæ morali partem vocat Piccolomineus, manifesto satis liquet.

§ 3. Excelluit in Doctrinâ Ethicâ ἀποδεικτική (γνωμολογικῶν enim & παραδειγματικῶν nunc non dicimus) excolendâ, illa scientiæ literariæ aquila, magnus Aristoteles, cujus etiamnum extant libri 10. Ethicorum. (inscripti Nico-

Nicomacho filio in' memoriam patris Nicomachi qui Amyntæ Macedoniae Regi medicam præstitit operam renovandam, nomine avi donato) Politicorum l. 3. Magnorum moralium lib. 2. Ethica Eudemia lib. 7. de Virtutibus Liber Unus, in quibus conjunctis tota Philosophia practica absolvitur : errat enim qui totam illam in Libris Ethicis absolvi : Libros v. Politicos, non esse partem Philosophiæ civilis, nisi solum ex eventu, propter hominum pravitatem dicit, qui ipse simul politicam, vel specialio rem Philosophiæ practicæ partem tollit.

§ 4. Cujus etiam nos vestigia legere, & nobilissimam, quæ est de Actionibus, Ethicæ partem, earumque variis divisionib⁹, expedire breviter, *ἐάντις ὁ εὖος θελήσει,* constituimus : ubi id x. præsupponimus, Totam moralem Philosophiam seu prudentiam methodo tractandam esse, non Syntheticâ, ut vult Piccolomineus, in Com. Pol. contra Zabarell, sed Analyticâ; incipiendo à fine, qui hic est actio virtutis, seu vita honesta & virtuti consentanea : sed & illud *νῦν ἰσχυρίζομαι ὅτι βίβη μὲν δεῖς ὁ καὶ χωρὶς ἐκάστου, καὶ κοινῆ. Ἐ πόλεσι, ὁ μὲν δεῖς ἐκ κεκορηγημένης ἑπὶ ποσῶν ὅστε μετέχων ἔ, καὶ δεῖς πρὸς ἑω, uti loquitur Aristoteles 7. Pol. c. 1.*

§. Igitur à tractatione finis descendit Ethicus in considerationem mediorum : cumq; finis hic sit : *operatio secundum virtutem optimam & perfectissimam*, medium aliud quo illum consequamur esse non potest nisi *virtus* : cum autē Virtutes duum sint generum, Morales & Intellectuales quin & præter perfectos Virtutum habitus reperiantur quidam imperfecti, ita procedit ut x. agat, de virtute morali in genere indagando ejus causas externas, subjectum & formalem rationem. 2. In specie de virtute morali,

1. Perfecta, 2. Imperfecta, sc. Semivirtute, Deniq; coronidis loco addat doctrinam de virtutibus intellectualibus.

§ 6. Efficiens virtutū Moraliū principalis est, actio humana mediocritati conformata, cui ministerium præstant ἡ φύσις & μάθησις, bona indoles, bona educatio & affuefactio: fieri enim non potest, ut virtutis hujus habitum sibi conciliet, qui nec rectè natus, nec educatus est, qui nullum novit honestorū & turpiū discrimē, nec adsuefactus sit nonnihil, ad animi affectus refrænandos: atq; hæc causa est, quare ex sententiâ Aristotelis Juvenis non sit τῆς πολιτικῆς οἰκεία ἀκρατής: addit enim 1. ἀπειροῦ καὶ τῆς κατὰ βίον πράξεων, 2. ἐπὶ τῶν πάθεσιν ἀκλυθῆναι τῶν ματαίως ἀκροῦ καὶ ἀνωφελοῦς, ἐπειδή τὸ τέλος ἔστιν οὐ γνώσις ἀλλὰ πράξις. Idem Philosophus l. i. Eth. c. 3. τοῖς κατὰ πῦθρον ὧσιν, καὶ διώκουσιν ἕκαστα ἀνόητοι ἢ γνώσις γίνεσθαι καθάπερ τοῖς ἀκρατέσι. τοῖς ἡ κατὰ λόγον τὰς ὁρέξεις ποιημένοις, καὶ πράττειν πολυωφελὲς ἂν εἴη τὸ ἀεὶ τῶν εὐδένων, quæ omnia præclare dicitur Illa ipsa tamen quam diximus, actio, ab illâ actione, quæ virtutem moralem sequitur, non differt specie, sed gradu & perfectione: ab illâ autem quæ est virtutis & totius Philosophiæ moralis objectum, relatione speciali.

§ 7. Actionis hujus necessaria cognitu sunt 1. membra dividenda, 2. Principia: nec est in totâ doctrinâ Politica ulla vel nobilior, vel ad omnem vitam civilem cognitu magis necessaria, quam hæc ipsa de humana actionibus & illarum Principiis: τὸ δὲ δὲ τῆς πρὸς πᾶσι καὶ πράξεως ἕνεκα, καὶ οὐ μὴ πῶς ἐκαστοῖς ἐπαίων καὶ ψόγων γινομένων ἐν τῶν ἀκροῦσι συγγνώμης, εἴοσι ἢ καὶ εἰλεῖς τὸ ἐκαστον καὶ ἀκροῦσιν ἀναγκάσιον διορίσασθαι τῶν πρὸς δὲ τῆς ἀπιστοπισίας. Id est.

Cum

Cum Virtus in affectibus & actionibus versetur, & cum in iis quæ sponte sunt, fiant laudes & probra: in invitâ venia & non raro misericordia: id quod sponte est & invitum, necesse est definire illi, qui de Virtute considerationem instituant, ait Philof. lib. Eth. 3. c. 1. Legumlatoribus autem & bono magistratui tanto magis illa doctrina est utilis, τῶν τιμῶν καὶ τῶν ἐπιτάξεων, i. e. ad rectè distribuendâ premia & supplicia. Argumentum Philosophi geminum est: 1. In quibus actionibus humanis fiunt laudes & probra, venia item & misericordia, illorum necessaria maxime Politico est tractatio! At in iis quæ sponte sunt, laudes & probra, prout vel bona vel mala sunt: & in invitis fit venia & misericordia. E. Illorum quæ spontanea sunt & invita, necessaria est Politico tractatio. 2. Quæcunq; legumlatoribus & bono magistratui utilia sunt, illorum necessaria est tractatio. At ea quæ sponte sunt & invita utilia sunt legumlatoribus, tum ad præmia bonis actionibus, quæ committuntur sponte & non invitè reddenda; tum ad castigationes actionibus malis, quæ fiunt sponte, & non invite reddendas. E. Accedit quod nec definiri virtus aut vitium possit, sine mentione horum principiorum, quodque ex solis illis ostenditur, tam vitutes, quam vitia in nostrâ potestate esse: hinc illud Jctorum: Voluntas & Propositum distinguit maleficia, inquit, Paulus l. qui injuriæ ff. de furtis, & aliud est, quod casu delinquitur, quam id, quod consultò, sive ex proposito: & sanè in omnibus criminibus distinctio hæc (scil. an consultò aliquid admittatur an casu) poenam aut justam eligere debet, aut temperamentum admittere, l. Absentem ff. de Poen.

§ 8. Proinde illud ἐκείστων καὶ ἀκείστων seu divisionem actionis in spontaneam & invitam specialiter considerabim⁹, initium facturi à naturâ invitæ, ut tanto magis explicetur
matu;

natura spontanei: juxta Aristotelem igitur & rem ipsam: Invitum est vel per violentiam vel per ignorantiam, Δοκεί, ait Philof. ἀκρίσια εἶναι τὸ βίαι ἢ δι' ἀγνοίας γινόμενα.

§ 9. Actio invita per violentiam est, cujus principium foris & extra subjectum est, ita ut nihil ad actum istum conferat, istud subjectum, quod agit aut patitur, vel ratione principii activi vel passivi. Aristoteles ita habet: βίαιον ἐστὶν ἢ ἡ δὲ ἀρχὴ ἐξωθεν, τοιαύτη ἔσται ἐν ἡ μηδὲν συμβάλλεται ἰσχύων ἢ ὁ πάσχων.

§ 10. Inviti igitur per violentiam vel ἀπὸ τῶν ἐπιπορευμάτων proprie- tates ponit duas: alteram, ut sit (ἢ ἀρχὴ ἐξωθεν) principium extrinsecum: alteram ut nihil ad id conferat, & qui agit aut patitur: quod posterius apprimè notandum, cum aliàs objectum, quod animum allicit, & ad actum movet, vel disponit, foris sit, nec tamen propterea, ejusmodi actio omnis violenta sit, aut dici possit, nisi dicere velim: omnes actiones humanas esse violentas: Sed sicut Physi- ci contranaturalem patientis ab agente immutationem, proprie violentam dicunt: ita etiam violentum in ho- mine dicitur, non cujus principium simpliciter & quo- cunq; modo est externum: sed ita, ut simul res illa sit, contra animi nostri inclinationem, & ut ille, cui vis fit, nec unâ agendo rem illam simul adjuvet, nec volunta- tem patiendi afferat. Sicut autem in spontaneo includi- tur, ita hic excluditur utrumq; & activum & passivum princi- pium.

§ 11. Exemplum geminum succinctè ponit Phi- losophus illius qui vel ex vento, vel ab hominibus po- tentibus aliquò impellatur: his verbis: οἷον, ἐκ πύου κα- μίσου τόποι, ἢ ἀνθρώποι κύριοι ὄντες, i. e. Quemadmodum si ventus impulerit aliquid, vel homines qui potentes sint. Sine intempestate πλυσίστοιο θαλάσσης, deprehensus, cum

Stri-

.. .. . *stridens Aquilone procella*
Velum aduersa ferit, fluctusq; ad sidera tollit.

& cum Notus abreptas in saxa latentia torquet naves,
easq; vel vadis illidit, vel aliorum abripit, quo minime
Nauta volebat: hic principium passivum (patitur enim
talis) planè est externum, nec quicquam per se ad rem
illam confert patiens. Similiter si quis vi genua tua fle-
stat coram Idolo, vel manum tuam arripiat, eâq; alte-
rum pulset, actio est invita & violenta: Principium enim
activum externum est, nec quicquam per se, ad actionem
illam confert agens, cum id fiat contra animi sui inclina-
tionem. Sic de Lucretiâ Livius, quod vi fuerit suprata
â S. Tarquinio: ubi principium sanè externum satis
est manifestum: & præterea rem illam fuisse contra ani-
mi Lucretiæ inclinationem, ex subsequenti dolore in-
vitum testante & propiticio (quæ actio verè sponta-
nea) frustra illato satis est manifestum:

Hinc illud Poëtæ:

Dum foderet ferro castum Lucretia Pectus,

Sanguinis & torrens egrederetur ait:

Testentur pariter, me non fuisse Tyranno.

Ante virum sanguis, Spiritus ante Deum.

Quam benè conjuncti pro me post fata loquentur

Alter apud manes, alter apud superos.

Licet illud factum rectè reprehendatur ab alio, cujus non
invenustum est hoc Dilemma:

Si fuit ille tibi, Lucretia, gratus adulter,

Immeritò ex meritâ premia morte capis.

Si verò casto vis est illata pudori,

Quis furor alterius crimine velle mori?

B

Frastra

*Frastra igitur laudem captas, Lucretia, namq;
Vel jcelerata cadis, vel furiosa ruis.*

Sunt talia exempla. in historiarum libris innumera, quæ multiplicare aliis relinquimus.

§ 12. Quæritur autem quæ ratio illarum actionum ἀπὸ τῆς ἄλλης φιλίας μαιζόνων καὶ τῶν κατὰ τὴν ἡμετέραν ἢ ἄλλαν ἀρετὴν, quæ per metum majorum malorum vel propter honestum quippiam fiunt, & principium quidem extrinsecum habent: sed ita tamen, ut agens vel patiens ad illam aliquid conferat, vel metu mali compulsus, vel spe boni majoris persuasus, c. g. si quis Tyrannus, cuius in manu nostrorum parentum & liberorum visa est posita, alicui imperet, ut vel turpe quippiam faciat, & hæc ratione illi salvi sint, si quod jubetur, agat: moriantur autem, si non agat; quæritur, inquam, si alterutrum hic faciat, utrum id sponte an invito fiat? Nos facimus cum Aristot., qui non fieri quidem illa ab omni parte sponte: sed permixtum tamen eis esse aliquid invito expressè docet, easq; μικτὰς πράξεις, i. e. actiones mixtas nominat, ita tamen ut maximè accedant τοῖς ἐκαστοῖς, vel ad spontaneas, minus autem ad invitatas actiones: vel actiones illas simpliciter in ipso instanti actu esse spontaneas, secundum quid, & extra illum casum violentas. Perinde autem est actiones etiam has pro diverso respectu & acceptione, ἀπλῶς ἀκούσας, vel simpliciter invita, cum Aristotele nominare, quatenus sc. concipiuntur extra supervenientis illius casus respectum, & ab illo per mentis abstractionem separantur.

§ 13. Scilicet actuum omnium objecta sunt singularia, (αἱ πράξεις ἐν τοῖς κατὰ ἕκαστον, ait Philosophus) ipsi quoq; singulares actus ex singularitate non tam præcedentium, quam instantium circumstantiarum omnium optimè dijudicantur: ἀποβλέπειν εἰς τὰς πράξεις τότε ὅτι πράξις τινος. Τοῦ πάλαι τῆς πράξεως καὶ τῆν καθεστῶτα, i. e., cum sunt eligenda

gende actiones, quando aguntur & finis actionis est secundum occasionem vel consistit in conditione temporis, ait Philosophus. Quomobrem tales actus singulares, in illâ singularitate instantium circumstantiarum, id est, simpliciter, quales sunt in se & re ipsa seu concretè considerati, spontanei sunt: nec ibi saltem sponte & per se experitio finis, sed media etiam quæ sunt propter finem: at iidem, considerati extra illum specialè & singularem casum & ab illo mente abstracti, adeoq; secundum quid (quod Aristoteles hic simpliciter vocat: illud secundum quid) sunt violenti & inviti.

§ 14. Exemplum his verbis suppeditat Philosophus: Τοῖσδ' ἢ π' ἑκβάλλει καὶ πρὸς ἐν τῆς χειμῶσιν ἐκβολὰς ἀπὸ τῶν μὲν γὰρ σφοδρῶν ἀποβάλλει ἐκὼν. ὅτι ἑσθητικῶς ἢ αὐτὸ καὶ τ' ἁπλοῦς, ἀπαντες οἱ νῦν ἔχοντες, i. e. Tale quid accidit circa jacuras mercium, quæ fiunt in tempestatibus. Simpliciter enim (i. e. extra conditionem imminuentis periculi) nemo merces sponte eiecit: propter salutem autem tam propriam tam reliquorum (adeoq; illo fine conservandæ vitæ) id faciunt, quotquot sanè mente pradi sunt. Idem ibidem: Τὸ ἐκβάλλον δὲ καὶ τὸ ἀκύσιον, ὅτι πρῶτον, λεκτέον. Πράττει ἢ ἐκὼν. καὶ γὰρ ἡ δόχη τ' κινῶν τὸ ὄργανον μέρη, ἐν τ' πιάταις πράττει ἐν αὐτῇ ἐστίν. ὡς δ' ἐν αὐτῷ ἡ δόχη, ἐστὶ αὐτῷ καὶ τὸ πρῶτον, καὶ μὴ ἐκύσιον δὲ τὸ πιάταις. ἀπὸ τῶν ἢ ἴσως ἀκύσιον. Et paulò post: ἢ ἢ καὶ αὐτὸ (per se, i. e. extra illum supervenientem respectum, ut simplex eiecitio mercium) μὴ ἀκύσιον ἐστὶ νῦν ἢ καὶ αὐτὸ τ' ἢ αἰρετῶν, καὶ ἡ δόχη ἐν τῷ πρῶτον καὶ αὐτὸ μὴ ἀκύσιον ἐστὶ νῦν ἢ καὶ αὐτὸ τῶνδε, ἐκύσιον μᾶλλον δὲ ἴσως ἐκύσιον. αἰ δὲ πρῶτον ἐν τῆς καὶ ἐστὶν. Ταῦτα ἢ ἐκύσιον: quæ verba materiam hanc mirificè illustrent, & satis explicant.

§ 15. His Actionibus annumeratur & ista, ut si quæ tetroni, redimende vite causâ, silentium & pecuniam promittat.

Queritur verò de hâc, *an. qui istiusmodi promissa non servant. ve-*
nitim mereantur? Affirmativam quidam probant 1. à causâ
Efficiente : sc. juramentum vi extortum non est ser-
vandum. At juramentum latroni datum est tale. E. 2.
ab adjuncto incommodo, quia si servaretur juramentum
latroni datum, confirmaretur latro in injusticiâ, & la-
trocinio : imo juramentum hoc est contra bonos mores
& leges. 3. Sententia Hyppoliti apud Euripidem. ἡ
γλώσσι' ὁμώμοσ' ἢ τῷ Φεῶ' ἰσώμοσ' © Jurata lingua est; men-
te jura vi nihil vel

Lingua juratus sum, mentem injuratam gero.

Contra sunt, qui negativam probant, 1. à definitione
juramenti, Juramentum est invocatio nominis divini,
quâ petimus ut Deus sit testis de nostro animo, quod
non velimus fallere homines, eâ in re, quam assevera-
mus, sed simul petimus, ut Deus sit vindex si fefellerim,
& nos ipso teste ad poenam obligamus. 2. A Divino
eoq; gravissimo perjuri interdicto. 3. Ab utili. Nam
interest Reipublicæ ut civis fervetur, quod si autem ci-
vis latroni vel mortem minitanti, vel non juraret, nec si-
bi, nec reipublicæ consuleret. 4. à Vulgari maxima.
Ex duobus malis eligendum quod minus malum. At
jactura rerum externarum est minus malum, quam per-
jurium. E. tenemur potius eligere jacturam divitia-
rum: quam perjuri crimine conscientiam onerare.
5. ab Exemplis Josuæ, qui Gibeonitis fidem datâ serva-
vit. Zedechiæ, qui, quod ictum cum famosissimo Baby-
loniorum Rege Nabuchodonosore foedus rupisset, gra-
vissimè est à Deo punitus.

§. 16. Nos quæstionem decidimus distingendo 1.
inter Juramentum de re licitâ & illicitâ; illud de fortu-

næ bonis esse potest, videlicet pecuniâ dandâ, & omninô est servandum: hoc, si sit contra legem divinam vel naturalem, civilem seu contra bonos mores, præstitum ex infirmitate vel metu v. g. de interficiendo principe, vel stupro inferendo virgini, vel etiam de re magis abominabili, non est obligatorium, sed potius & juratu & actu impium - quod qui servat bis peccat semel malè jurando: semel malè juratum servando; juxta illud: quod malè juratur pejù servatur. Peccatum peccato non est cumulandum: atq; hic valet sententia Isidori: in malis promissis rescindo fidem: in turpi voto muta decretum: quod incausè & impiè vorivisti, ne facias: impia enim est promissio, qua scelere adimpletur. 2. Inter juramentum de re possibili & impossibili. Illud est obligatorium; hoc veniam meretur, si seridò qui juravit poenitentiam egerit.

§ 17. Breviter expedivimus primam speciem inviti, quæ nominatur invitum violentum, vel ἀκέραιον βίαιον, nunc eâdem brevitate per alteram speciem inviti quæ nominatur ἀκέραιον δι' ἀγνοίας, vel invitum per ignorantiam, decurremus. Describit illud Philosophus quod fiat 1. δι' ἀγνοίας. 2. ut sit Ἰπιδυμὴν καὶ ἐν μελέμελέα, i. e. ut 1. fiat ob ignorantiam, 2. ut illud sequatur in actore tristitia & poenitentia: quod utrumq; necessariò requiritur: nam qui per inscientiam quippiam agit, nec ex eâ re dolore afficitur: sponte quidem ille non agit, utpote quod nesciebat neq; tamen invitus, quippe qui dolore non afficitur. οὐδὲ ἀγνοίας πρᾶξαι ἔπι ἐν, μηδὲν δὲ δουροειῶσαν ἐπὶ τῆ πρᾶξαι. ἐκῶν μὴδὲ ἐν πέπραχεν, ὅτι μὴ ἤδεις. ἐὰν δὲ αὐτὸν ἄκων, μὴ λυαέμελον. 2. ait Philosophus.

§ 18. Hic præsupponantur 1. ex Thomâ: simplicem nescientiam magis dicere negationem: ignorantiam, privationem, 2. ex eodem: ignorantiam esse vel prava dispositionis, quæ proprie

dicitur error: vel pura privationis, quam dicit simplicem ignorantiam sine interveniente intellectus judicio. Sic si quis in acie bombardam displodat, & dum nihil petit, hominem feriat, ignorantia est puræ privationis: si feram petiturus bombardam displodat, & hominem, quem feram esse putabat, feriat, error est in objecto & ignorantia præ dispositionis. Utraque, tam quæ est præ dispositionis: quam quæ est puræ negationis, causa esse potest invitæ actionis. 3. Ignorantiam hanc improprie esse causam præ actionis, per remotionem impedimenti, vel causæ, quæ impeditura erat actum illum, planè sicut absentia Gubernatoris à navi causa esse potest submersionis navis. Sic ignorantia patris, removebat in Oedipo id, quod ultionem & cædem patris impedire poterat.

§ 19. His præsuppositis, sequimur distinctionem ignorantia, quæ est apud Philosophum, distinguitur 1. inter ignorantiam vel ἀγνοίαν ἁπλοῦν seu μέτεμέλητον, & inter ignorantiam ἀμέτεμέλητον illa habet subsequentem dolorem vel poenitentiam post admissum factum, & propterea facit actionem invitam per ignorantiam: Exemplum sit Oedipus, qui Thebas iter faciens, & à Lajo parente, cui occurrens de viâ non cesserat, scepro percussus, parentem, sed quem non norat, inter fecit, & similiter matrem, quam non agnovit, in uxorem duxit: quod Oedipi factum tanta excepit poenitentia & dolor, ut sibi ipsi oculos erueret, qui ipse satis ostendit Oedipum id nec scivisse nec facere voluisse: Hoc non habet subsequentem dolorem & poenitentiam, veluti si quis ignorans interfecit hostem: & hic non facit invitum, cum absentia poenitentia, arguat non absentiam voluntatis. *ὅτι αὐτὸς μὴ δὴ πᾶσι*

§ 20. Sequimur hic etiam Philosophum qui distinguit inter *non sponte & invitum*. Omne quidem invitum, non sponte est: sed non omne quod non sponte est, invitum est. Illud habet subsequente *ἢ λύπῃν ἢ μετameλείαν*, molestiam & poenitentiam rei committæ: quâ carere, benè potest id quod non sponte est. Igitur ex sententiâ Philosophi: Ignorantia antecedens efficit, id quod & non sponte est & invitum: Ignorantia comitans efficit id quod non sponte est & non invitum. Verba ejus sunt: *Τὸ δὴ δ' ἀγνοῖαν, ὁ μὲν ἐν μετameλείᾳ ἄκων δοκεῖ: ὁ δ' ἢ μὴ μετameλείῃ, ἔπει εἴτε, ἔσσι σὺχ' ἐκῶν.* Igitur non omne *σὺχ' ἐκῶν* est *ἄκων*.

§ 21. Distinctionem secundam his verbis proponit Philosophus: *ἔπει, inquit, ὅτι δὴ ἀγνοῖαν πρῶτον, ἔπει ἄγνοῖαν πρῶτον, i. e. aliud est facere quid ob ignorantiam, & aliud facere quid ignorantem.* (sc. sed non ob ignorantiam, vel ita ut ipsa ignorantia, sit causa malæ actionis) illustrat id Philosophus exemplis: *ὁ γὰρ μεθύων ἢ ἀρριζόμενος ἐπὶ θυμῷ ἀγνοῖαν πρῶτον. ἀλλὰ διὰ τὴν ἐρημύειαν, i. e. Ebrui enim & irati non videtur, per (vel propter) ignorantiam agere: sed propter aliquid eorum, quæ dicta sunt (i. e. vel propter iram vel Ebricitatem)* Hoc vult Philosophus: Aliud esse agere aliquid ex ignorantia antecedente: aliud agere aliquid ex ignorantia comitante, cum omnes quidem qui per ignorantiam agunt, etiam ignorantes agant, sed non contra, ut constat ex exemplis duobus, quibus tertium addit. *Unusquisq; inquit, pravus ignorans agit: non tamen propter ignorantiam sed propter pravitatem.* Illa proprie facit invitum per ignorantiam: hæc non. Pulchrè hac de re Piccolomineus l. 2. c. II. *Agere per inscitiam est, quando ipsa inscitia est princeps causa, quamobrem id agamus, & nisi adesset inscitia, non ageremus: inscientem autem agere est communium: omnis enim qui agit per inscitiam est inscius: at non contra,*
veluti

veluti qui per iram, per ebrietatem, per vitium aliquid agunt, inscii quidem sunt, non tamen per inscitiam id faciunt: sed vitioso affectu mentis aciem pervertente, vel obumbrante, adeo ut non deceptio perturbationis & vitii: sed contra perturbatio & vitium deceptionis sint causa. Hæc Piccolomineus.

§ 22. Distribuit porro Aristoteles ignorantiam in τὴν καθόλου & τὴν καθ' ἕνα, i. e. in ignorantiam Universalium & Particularium vel Singularium: quâ de re duas ponit conclusiones. 1. Actio invita per ignorantiam non respicit ignorantiam universalium: sed singularium, 2. ignorantia universalium non efficit invitum: Ψέρονται γὰρ ἂν Ἀλόγε τέρτων: at ignorantia singularium, vel quæ est circa singularia ratione quarundam circumstantiarum efficit invitum, & in his venia & misericordia est: ut si quis putans se interficere hostem, interficiat filium. Pulchrè Piccolomin. Non omnis Ignorantia constituit ἀνέσιον: sed sola ignorantia singulorum concurrentium ad actionem, in quibus posita sunt actionum circumstantia.

§ 23. Quænam sint illæ circumstantiæ, & objecta ignorantia, singularium, recenset porro Philosophus. Videndum enim est 1. tum quis (2) tum quid, (3) tum circa quid tum 4. in quo agat. Aliquando verò etiam Quo (velut instrumento, seu causâ instrumentali) & cuius gratiâ (Finalis causa) & quomodo; de quibus vide Piccolom. in Eth. Aristotelis. Igitur qui unam vel alteram harum ignorat, agere dicitur per ignorantiam: nec enim omnes circumstantiæ ab agente, qui quidem sanæ mentis sit, ignorari possunt: sic Quis agas, agens nisi sit amens, ignorare non potest: Ἀπάντα πῦρα τὸ θεὸς ἀνὰ γῆν ἤσσει μὴ προαίμαεν, ait Philosophus. Quarundam vero circumstantiarum rationem posse ignorari idem docet, quando addit: ὁ δὲ πρὸς τὴν ἀγνοήσασιν ἀνὴρ, id est, potest aliquis illud ignorare quod agit: & circa quod agit: Exempla ponit 1. οἷον λέγοντες φάσιν ἑκαστὸν εἶναι ἄλλος, id est, illorum quibus non raro præter intentionem

tionem sermo aliquis excidit ; 2. Αἰχὺλ. Ὁ πρὸ μουσικῆ, i.e. Æschyli, Cereris mysteria, quæ arcana esse nesciebat, evulgantū. 3. ἡ δαξαιβη-
 λωμῆ. Ὁ ἀφένωι αἰεὶ ὁ τὸ κατὰ πλῆρω, i.e. ojm qui faculum ostendere,
 & rationem eo ferendi monstrare volens imprudens, illud emisit, & quem
 interfectum volebat interfecit. 4. οἰνδραίν de ἀν τις καὶ τὸ ἦν πολέμιον
 εἶναι, ὡπερ ἡ μερόπη, i. e. Exemplum Meropos. Filium, quem inimi-
 cum & interfectorem filii putabit, interficiens. Idem de cir-
 cumstantiâ: Cujus gratiâ agat: & quomodo agat asserit Philo-
 sophus; adeoq; ponit Exempla. 5. Circumstantiarum,
 quarum ignorantia invitum efficit, quibus si addantur
 duæ aliæ, una temporis, altera loci, septem circumstantiæ i-
 gnorari possunt, una non potest:

§ 24. Discursum de Invito per ignorantiam con-
 cludit Philosophus hâc assertione: Qui horum singularium
 aliquid ignoraverit, invitum esse videtur, & maxime in iis, quæ obtinent
 principatum. Obtinere autem principatum videntur, in quibus actio est,
 & id cujus causâ quippiam efficitur. Cum autem dicatur invitum ex sa-
 li ignorantia, oportet præterea actionem molestam esse, & in penitentia.
 Cum distinctione ignorantia καθόλου & κατ' ἐκείνη, coincidit
 fermè distinctio, quæ est apud Jctos, inter Ignorantiam
 Juris & Facti, de qua vide tot tit. ff. & C. de Juris & Facti
 ignorantia. Ignorantia sc. juris est, cum quis jus suum
 ignorat: Facti, cum ignorat, quid contigerit.

§ 25. Non ignorantia sine sub sequente dolore: nec
 ignorantia universalium seu juris, five Juris divini vel
 naturalis, nec ignorantia concomitans actam volunta-
 ris, quippe quæ affectata est & voluntaria; invitam a-
 ctionem facit, aut excusat: sed illa, quam subsequitur ἡ
 μετῴμελεια dolor & poenitentia: item ignorantia Particu-
 larium & facti: item antecedens voluntatem, invitam a-
 ctionem facit & excusat: sic si quis nesciat desesse eum, cujus
 bonorum possessio defertur, non cedit ei tempus: at si sciat quidem defun-
 ctum esse cognatum, nesciat autem bonorum possessionem proximitati no-

mine sibi deferris, cedit ei tempus, quia in jure errat: ff. d. ignor. Jur. & f. ibid. In omni parte Error in jure non eodem, quo facti ignorantia loco haberi debet. Cum jus finitum & cognitum possit esse & debeat: facti interpretatio autem prudentissimos etiam non raro fallat. Et Regula est: Juri quidem ignorantiam: cuiq; nocere, facti autem non item, nisi ignorantia summa negligentia obiciatur us si omnes in civitate sciant, quod ille solus ignorat, ibid. sed facti ignor.

§ 26. Omnis ignorantia, quæ actionem invitam reddit, excusat in totum à re ignoratâ: sed sæpè secundum quid tantum ignorantem. Sic Oedipus excusatur à Parricidio: non ab homicidio. Sic Juda congressus cum Nuru, quam prostibulum putabat, & commune scortum, excusatur ab incestu: non à scortatione, cujus respectu actio erat planè spontanea: sed & ignorantia, quæ ex affectuum vehementia, aut ex ebrietate oritur, non quidem delictum excusat: sed tamen id ipsum sæpè, si ebrietas vel ira alicui præter opinionem contrigerit, & id ipsum, quod alias non perpetratum esset, factum sit, allevare solet.

§ 27. Invito opponitur spontaneum quod Aristoteles ita describit: ἡ ἐκ τῶν ἐπιπέδων ἐστὶν ἢ δὲ καὶ ἐν αὐτῷ, εἰδὸς τὸ κατὰ ἐγγύτητα ἐν οἷς ἢ ἀφ' αὐτοῦ, i. e. Cujus principium est in ipso agente, sciente singularia, in quibus est ipsa actio, i. e. singulas actionis circumstantias: rationem definitionis succinctè præmittit Philosophus ἐ naturâ oppositi invitæ: ἡ δὲ ἢ ἀρῶν ἢ βίαις ἢ ἀφ' αὐτοῦ ἢ ἐκ τῶν ἐπιπέδων δόξεν αὐτὸν εἶναι, ἢ δὲ καὶ ἐν αὐτῷ &c. hoc vult Philosophus: sicut invitum aliquid dicitur duplici de causa: aut propter principium externum actionis sive per vim, aut propter ignorantiam: ita spontaneum quid dicitur, cujus principium est internum: ut ita ut non fiat ἀφ' αὐτοῦ: sed ut fiat ab agente, singulas circumstantias sciente: ut hâc geminâ ratione distinguatur spontaneum tam à violento, quam ab invito per ignorantiam

rantiam. Hanc actionem spontaneam si bona sit, laus; si mala, vituperium, non raro etiam poenitentiam & dolor in agente sequitur, licet

§ 28. Quæstio est: An sint *arbia* in *de Jure* & *de Indignitate*? Vel: *an ea que sunt propter iram, vel propter cupiditatem invita, sint, an sponte?* Exemplum esto Cædes Clyti commissa ab Alex. M. Clytus optimè de Alexandro meritis, quippe qui ad Granicū amnem nudo capite dimicantem Regem clypeo suo texit, & Rhofacis manum, capiti Regis imminentem, gladio amputavit, verus Philippi miles, multisq; bellicis operibus clarus, cum jam in Sogdianam regionem, destinatam sibi provinciam iter parare jussus esset, solenni & tempestivo adhibetur convivio: in quo Rex, cum multo incaluisse mero, immodicus æstimator sui, bella à se gesta celebrare, Patris autem Philippi res orsus obterere, nobilem sc. apud Cheroneam victoriam sui operis fuisse jactavit, ademptramq; sibi malignitate & invidiam patris tantæ rei gloriam: ad quæ Clytus primò quidem obscurus: postea majori voce Philippi bella & facta commemorans & præsentibus præferens: deniq; convivio excedere jussus, obstinatè respondens effecit, ut Rex ebrius tantum iræ conciperet, quantum vix sobrius ferre potuisset, & jam mero victis sensibus, raptâ ex armigeri manu lanceâ Clytum percussisset, nisi tantum Regis impetum primò inhibuissent & lanceam abstulissent amici, qui genibus Regis advoluti, obtestati sunt ipsum, ne in tam præcipiti irâ perseveraret, spatiumq; potius animo det, omnia postero die justius executurus. Sed clausæ erant aures; obstrepente irâ: itaq; impotens animi, vigili in Regiæ vestibulo excubanti hastâ ablata constitit in abitu, quo necesse erat iis, qui coena-

C 2

verant,

verant, egredi. Abierant coeteri. Clytus ultimus sine lumine exibat, qui à Rege, quis esset, interrogatus, *Clytus*, inquit, *est, qui de convivio exit.* Hæc dicentis latus hastâ transfixit, morientisq; sanguine aspersus; *Inunc*, inquit, *ad Philippum, ad Parmenionem, & Attalum.* Lubentes hæc *historici discretissimi* verbis expressimus, quod actionem illam, quam per circumstantias singulas accuratè describit, exempli causâ præsentî quæstioni substernere voluerim⁹:

§ 29. Aristoteles illa non *invita*: sed *sponte* esse octo rationibus ostendit: Propositio ejus hæc est: *ὅτι καλῶς λέγει ἀκρίσια εἶναι πρὸς ἀφ' ἑμῶν, ἢ δι' ἑπιθυμίας.* Ratio 1. *πρῶτον μὲν γὰρ οὐδὲν εἶναι τῶν ἄλλων ζώων ἐκκρίσιως πρῶτον οὐδ' οἱ παῖδες.* Argumentum tale est: Si illa quæ fiunt propter iram, vel propter cupiditatem, sunt ex ordine invitorem; sequetur, nec ullum animal, nec pueros sponte agere: at, absurdum hoc. E. Ratio secunda *εἰς τὰ πρῶτον οὐδὲν ἐκκρίσιως πρῶτον μὲν τῶν δι' ἑπιθυμίας ἢ ἑμῶν. ἢ πᾶσι καλὰ μὲν ἐκκρίσιως, πᾶσι δὲ αἰσχρὰ ἀκρίσιως. ἢ γὰρ οὐκ αἰσχρὰ αἰτίαι οὐκ ἔστιν.* Argumentum secundum tale est: Si falsum dicit, imo ridiculum qui dicit honesta sponte, turpia à cupiditate & irâ proficiscentia non sponte nos agere, falsum quoque dicit, imò ridiculum, qui nos propter iram & cupiditatem non sponte agere dicit: sed verum est prius, cum una sit causa honestorum & turpium, voluntas sc. humana. E.

§ 30. Ratio tertia his verbis proponitur à Philof. *ἄλλοι δ' ἴσως τὴν ἀκρίσια φάναι ὡς δὲ οὐκ ἐπιθυμίας, ἀλλ' ὅτι καὶ οὐκ ἐπιθυμίας εἶναι τῶν δι' ἑπιθυμίας πινῶν. οἱ ἐν ὕμνῳ καὶ μεθ' ἡμῶν.* Argumentum Philof. tale est, quorum appetitus in aliquibus est necessarius, ea non possunt dici invita. Iræ & cupiditatis appetitus in aliquibus est necessarius. E. Minorem probat: Quia oportet aliquando irasci. 2. quia Sa-
nitas

nitas & disciplina sunt cupiditatis objecta, quorum appetitus non raro est necessarius. Rationem quartam ira proponit: *δοκεῖ δε τὰ μὲν ἀκέραια λυπηρὰ εἶναι. τὰ δε καθ' ἰδιουμίαν ἡδέα.* Invita ipso actu sunt molesta. Illa quæ fiunt propter iram & cupiditatem ipso actu non sunt molesta. E. in ipso, inquam, actu singulari, ex quo omnium optimè judicatur de actionibus: quod enim invita post actum interdum desinant esse molesta: & contra, quæ fiunt propter iram & cupiditatem post actum vel maxime sint molesta, id huc non pertinet. *Et enim Male,* (quâ memorabili sententiâ superius exemplum concludit Curtius) *humanis ingeniis consuluit natura, quod plerumq; non futura: sed transacta perpendimus;* Probat id Alexandri exemplo, qui postea quam ira mente decesserat, ebrietate etiam disculsâ, magnitudinem facinoris, serâ æstimatione perspexit, tantâ poenitentiâ, ut corpus humi prostraverit & hastam ex corpore jacentis evulsam in semet rectorferit, pectori illam infixurus, nisi stupentes & attoniti paulò ante vigiles e manibus illam extorsissent, allevatumquè corpus in tabernaculum detulissent.

§ 31. Rationem 5 Proponit, Philosophus his verbis: *ἐν δε, τὸ ἀγαθὸν, τὰ ἀκέραια εἶναι τὰ κατ' ἰδιουμίαν ἡδυμὸν ἀμαρτηθέντα; Φασι τὰ μὲν δ' ἀμφοί.* Argumentatur ita: quæ æquè sunt fugienda, æquè non sunt invita. Delicta ex utilitate & ex irâ sunt æquè fugienda. E. æquè non sunt invita. Ratio 6. *Διὰ κτὶ ἢ σὺχ' ἢ πόν' ἀνθρώπων, εἶναι τὰ ἀλογὰ πῶθ'· εἰ ἢ πρᾶξαι ἢ ἀνθρώπων, διὰ θυμὸν καὶ ἰδιουμίας. ἄπειρ' δὴ τὸ πέναι ἀκέραια πῶτα.* Argumentum tale: Quorum principia sunt humana, & voluntaria, illa sunt humana, & voluntaria. Actionum, quæ fiunt per iram & cupiditatem, principia sunt humana & voluntaria (affectus

sc. voluntarii quatenus suasionem recipiunt) E. illæ a-
ctiones quoq; sunt humanæ, sunt voluntariæ, adeoque
non invitæ: sed sponte.

§ 32. Convenit hæc in sententiâ cum Platone Ari-
stoteles, quod sc. ea, que fiunt irâ vel aliâ perturbatione non fiunt
invitæ: & licet *dis cōvictis yōpous* illos habuisse videatur ex eo,
quod Plato dicat, ea, quæ fiunt perturbationibus, esse me-
dia & nonnulla illorum similia illis, quæ fiunt invitæ: alia contra
similia illis, quæ fiunt sponte. cum Aristoteles sine distinctione
absolutè ea redigat ad ea, quæ sunt sponte. tamen non est
lis, nisi in verbis pro latiori & angustiori acceptione
Sponte vel spontanei: & omninò rectius loquitur Plato-
ne Aristoteles. Notetur tamen id quod rectè ex Plato-
ne, notat Piccolomineus lib. secund. cap. 20. quod *fitur*
*aliud est agere inscientem, & aliud agere per inscitiam. ita aliud quoq;
fit agere iratum, & agere per iram. Equidem quicunq; per iram aliquid
facit, etiam facit id iratum: at non contra. Idem iudicium de amore,
aliq; perturbatione: aliud sc. est hominem amore captum,
item dolore vel aliâ perturbatione affectū aliquid agere:
aliud hominem agere per amorem, dolorem, vel aliam
perturbationem.*

§ 33. Claudat Quæstionem Exemplum ex histo-
riâ ejudem Alexandri Magni, qui ingentia animi bona,
illam indolem, quâ omnes reges antecessit, illam in sub-
eundis periculis constantiam, in rebus moliendis effici-
endisq; velocitatem, in deditis fidem, in captivos cle-
mentiam, in voluptatibus permissis quoq; & usitatis tem-
perantiam, haur tolerabili vini cupiditate sordavit. Ille
jam Persepolin (Regia illa fuit veterum Persidis Regum,
terror ante Græcorum) à barbaris desertam & in illâ
CXX. mill. Tal. Gazam & totius Persidis opes ibi
congestas, occupaverat, cum de die inibat convivia,
quibus

quibus pellices intererant. Ex his una Thais, & ipsa temulenta, maximam apud omnes Græcos initurum gratiam affirmat, si regiam Persarum jussisset incendi. Ebrio scorto de tanta re referenti sententiam, unus & alter & ipsi mero onerari, assentiuntur. Rex quoq; fuit avidior, quam patientior. Quin igitur, inquit, uescimur Græciam, & urbi faces subdimus? omnes incaluerant mero. Itaq; surgunt temulenti, ad incendendam urbem, cui armati pepercerant. Primus Rex ignem regię injecit, cujus exemplum secuti convivę, ministri ipsiq; temulenti, pellicesq;: multã cedro Regia ædificata erat, quę celeriter igne concepto, latè fudit incendium, adeo ut exercitus ex castris ab urbe remotis, ad delendum id, quod foruitum putabant incendium, agmine facto, sed frustra, concurrerit: etenim ut ad vestibulum Regię ventum est, vident regem ipsum adhuc aggerentem faces. Igitur omisã, quam portaverant, aquã, ipsi quoq; aridam materiam in incendium jacere cœperant. Hunc exitum, verba sunt Historici, habuit regia totius orientis, unde tot gentes ante jura petebant, patria tot regum, unicus quondã Græcię terror, molita mille navium classem, & exercitus, quibus Europa inundata est, contabulato mari molib⁹, perfossisq; montibus, in quorũ specus fretum immissum est. Factum hoc excepit pudor & poenitentia, *pudebat quippe Macedones tam præclaram urbem à commessabundo Rege deletam esse. Ipsum Alexandrum, ut primum gravatam ebrietate mentem, quies reddidit poenituisse constat, & dixisse: Majores penas Persas Græci dacturos fuisse. si ipsum in solio regiãq; Xerxis conspicerent esse.* Quod mirificè propositam superiùs quæstionem illustret hæc historia nonnihil nos facturòs putavimus,

vimus, si illam cum circumstantiis singulis prolixius ascriberemus idq; maximè verbis Historici.

§ 34. Dicitur est supra in definitione *sponte autem* quod sit ἡ ἀρχὴ αὐτῆ ἐν αὐτῆ. Igitur quæ sint ea principia, agenti sponte interna, nunc erit dispiciendum. Præsupponimus autem duas esse animæ rationalis potentias, independentèr ab omni materia operantes, intellectum, qui cognoscit objecta, ut vera sunt, seu veram opinionem fundare possunt: & voluntatem, quæ amet objecta, ut bona sunt: utraq; sese exerit per distinctos actus. Intellectus recipit species intelligibiles, easq; contemplans cognoscit, & determinatur ad verum ut verum est: voluntas quasi egreditur ad objectum amabile, eidemq; firmiter adhæret, & determinatur ad bonum ut bonum est.

§ 35. Principia igitur agenti sponte interna erunt, actus interiores inq; vel intellectus vel voluntatis, quibus inniuntur actiones exteriores spontaneæ. I. Igitur Actus intellectus est *consultatio*. Quæritur hic an sit πᾶν βουλευτὸν, vel quodnam illud sit, quod in deliberationem cadit? R. Generaliter illud ὑπὲρ ὧν βεβλήσασαὶ ὁ ἄνθρωπος, & contra non est βουλευτὸν ὑπὲρ ἧς βεβλήσασαὶ ἡ φύσις ἢ μακρομύθη. Id sc. in deliberationem cadit, de quo is deliberat, qui mentem habeat. non de quo aliquis stolidus vel furiosus deliberet. (2) Specialiter (1) πᾶν τῶν αἰδίων αἰδέσθαι βεβλήσασα, i. e. de æternis nemo deliberat, nec (2) de naturalibus, quæ uno & eodem modo semper fiunt, nec de naturalibus, quæ aliter atq; aliter evenire possunt.

§ 36. Nec (3) deliberatur de actionibus, quarum causa fortuna est: sic nemo deliberat de inventione thesauri. Nec (4) de omnibus iis, quæ agi ab homine possunt; Πᾶς ἂν σκόπει ἀρετῆς πλεονεξίας, αἰδέσθαι λακεδαίμων

ἴσως

σίαν βουλευέσθαι, εὖ γὰρ γένοιτο ἂν τῶτων δι' ἡμῶν εἶδεν ait Philof.
 Sic nos Germani non deliberamus, quomodo Chinen-
 ses vel Persæ, vel Americani, vel Brasiliansi optimè ad-
 ministrare possint statum reipubl. Sed βουλευόμεθα περὶ τῶ
 ἐφ' ἡμῶν πρακτικῶν i. e. deliberamus de iis quæ in nostrâ sunt
 potestate, quæq; à nobis fieri possunt. Τῶν δὲ αὐθράπιων
 ἕκαστοι βεβλῦοντο, περὶ τῶν δὲ αὐτῶν πρακτικῶν, signanter ait
 Philofophus.

§ 37. Nec verò de illis omnibus : περὶ μὲν γὰρ, τὰς
 ἀκρεβείας κ' ἀντίρκεας τῶν Ἰπσημῶν εὖ βεβλήσθαι οἶον περὶ γεω-
 μετρῶν εὖ γὰρ διασέζομεν, πῶς γραπτόν i. e. de iis quæ exakte &
 sufficientissime seipsum, contenta sunt scientiis non deliberamus
 (addimus : nec de minutiis, quæ tenuiores sunt, quam
 ut deliberentur) sic nemo deliberat de literarum characteribus :
 nemo enim dubitat, quomodo sit scribendum. Deliberatio igitur
 propriè fit de iis, quæ à nobis fieri possunt, in quibus
 multum est dubii, & non semper æquè succedunt. Ita
 sentit Philofophus, Deliberatio (inquit) est circa illa :
 1. ὅσα γίνεσθαι δι' ἡμῶν. 2. μὴ εὐαύτως ἢ αὐτοῖς. Ita medicus,
 etiam experientissimus sæpè deliberat de ratione hunc
 vel illum morbum feliciter curandi. Et, inquit Philo-
 fopus, Deliberatio magis περὶ κυβερνητικῆν, ἢ περὶ γυμναστικῆν,
 sic de ratione feliciter gubernandi Rempublicam tem-
 pore pacis & belli & conservandi rationem status &c.
 propriè deliberatio, instituitur.

§ 38. Βεβλῦόμεθα ἢ εὖ περὶ τῶν τελῶν, ἀλλὰ περὶ τῶν πρὸς
 τὰ τέλη : ait Philof. i. 3. Eth. cap. 3. tm. 14. i. e. Non institui-
 mus deliberationem de finibus, sed de iis, quæ referantur ad fines i. e. de
 mediis per quæ ad finem in agendo pervenimus. Idem
 illustrat Exemplis medici, oratoris & Politici, qui non de Sani-
 tate, persuasione, bonâ legum institutione : sed de me-

D

diis

diis obtinendæ sanitatis, persuasione, boniq; reipub-
 licæ status deliberat. Pergit, Philosophus. Ἀλλὰ θεμελιοὶ
 πάλ᾽ ἵπῳ καὶ ἀπὸ τῶν ἑσπεύουσιν καὶ ἀπὸ πολυέρον μὴ
 φανερῶς γίνεσθαι ἀπὸ τῶν ῥᾶστε καὶ κέρδιεα Πιστοπέουσι
 &c. i. e. Sed constituto certo fine, consideratur Quomodo, & per qua
 finis ille obtinebitur: quod si ille per plura obtinere posse videbitur, con-
 siderandum per quodnam facillimè & optimè obtineatur: quod si per
 unum, deliberandum quomodo per id perfectè obtinebitur, & de illo uno
 consultandum, quomodo illud obtineatur, quod sicut primum fuit in ge-
 neratione, ita ultimum in inventione & resolutione. Omnis enim
 deliberatio est quæstio: καὶ τὸ ἐξαεῖν ἐν τῇ ἀναλύσει, πρῶ-
 τῳ ἐστὶν ἐν τῇ γένεσει. Hodie in illustrissimâ & augustissima
 Regum & Procerum Europæ Synodo Osnabrugensi &
 Monasteriensi finis est, Pax & tranquillitas publica Ro-
 mano imperio cæterisq; Europæ regnis, & statibus red-
 denda: media sunt punctus Satisfactionis & præcipuè
 gravaminum: non de illo sed de his deliberationem
 instituunt Imperatoris, Europæorum Regum, princi-
 pum statuumq; Legati & deputati Magnifici & Emi-
 nentissimi: quorum consiliis & Laboribus publicis,
 nullo non tempore apud seram etiam posteritatem de-
 prædicandis, princeps pacis Deus ex alto benedicat:
 fieri tamen potest, ut finis unius rei sit medium alterius,
 quâ ratione etiam de fine intermedio: sed non nisi sub
 ratione medii tractatur; uti facillè constat exposito
 paulò ante exemplo: rectè igitur Thomas, quod accipitur
 ut finis in unâ deliberatione, accipi potest ut aliquid ad finem
 in aliâ.

§ 39. Constat igitur ex supericribus. Objectum
 deliberationis esse Media, eaq; talia, in quibus vel con-
 sequendis vel declinandis humana ratio aliquid præstare
 possit, adeoq; præterita, naturalia fortuita, & necessa-

ria, nec pro mediis assum, nec sub deliberationem ca-
dere posse.

§ 40. Ante deliberationem constituto certo fine,
in iis maximè, quæ ardua sunt, & supra virium nostra-
rum potentiam, *Consultores* adhibere suadet *Philosophus*:
Συμβέλετε ἡ παραλιμβάνομεν εἰς τὰ μισάλα' ἐπις ἔντις ἡμῖν αὐ-
τίς, ὡς σὲχ' ἰκανοῖς διὰ γῶνας: quorum mores (ἤθη) pietas,
prudentia, benevolentia nobis satis jam satis est specta-
ta: quantum enim in *moribus consultorū* positum, & quan-
tum illi faciant ad conciliandum, etiam tum, cum in ma-
gno populo, ut sæpè, coorta est seditio.

— — *Savitq; animis ignobile vulgus*

*Jamq; faces & saxa volant furor arma mi-
nistrat,*

Poëta manifestè docet, quando statim subjungit:

*Tum pietate gravem & meritis si fortè virum
quem*

*Conspexere, silent, arrebtisq; auribus astant,
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.*

In ipsâ consultatione cogitandum de mediis, illorum
numero, qualitate, & delectn: post consultationem res
ipsâ primâ datâ occasione est suscipienda: *Nullus enim
cunctationu locus est illi consilio & decreto quod laudari non potest, nisi
peractum.*

§ 41. Actum interiorem intellectus, sequitur actus
interior voluntatis, qui vel est simplex, estq; *Volitio*: vel
determinatus, & dicitur *electio*. Utraq; oritur ex con-
sultatione i. e. deliberatione; nam postquam consul-
tatione adhibitâ judicavimus, tum secundum eam con-
sultationem appetimus, atq; illa boni ab intellectu co-

gniti cum ratione appetitio, est ipsa volitio, præ suppo-
nimus jam duplicem voluntatis actum esse : unum elici-
tum, quem immediatè producit, sicut est Electio voli-
tio : alterum quem mediante aliâ potentiâ, qui dicitur
imperatus : ita ambulare voluntarium est : nec tamen
actus est voluntate elicitus, sive qui proximè ex ipsâ vo-
luntate emergat : sed per facultatem loco motivam pro-
ducitur, quæ hujus actus primum est principium. Sed
& id prærupponimus, quod sicut voluntas seu actus
primus : ita volitio veluti actus secundus, pro objecto
habeat non nisi bonum, & propterea sicut sensus nihil
percipiunt, nisi quod est sensibile : intellectus nihil in-
telligit, nisi intelligibile ; sic quoq; voluntas nihil appe-
tit, nisi quod est appetibile, sive quod in se habet ratio-
nem appetibilis, quæ tota in bono ut ratio intelligibilis
in verò sita est.

§ 42. Hujus volitionis affectio est libertas huma-
ni arbitrii in rebus civilibus & rationi subjectis, quam
dari docet 1. Experientia. 2. Consultationis finis. 3. A-
ctiones moraliter bonæ aut malæ; non est a. illa vel actus,
vel habitus, sed potentia activa, nec verò potentia est
animæ vel vegetantis vel sentientis, sed rationalis : nec
vero intellectus est : Sed solius voluntatis, quæ forma-
liter est libera. Intellectus enim positus omnibus ad a-
gendum requisitis non potest suspendere actionem,
quemadmodum voluntas positus omnibus requisitis ad
huc potest agere & non agere : sed necessitate naturæ
adactus intelligit, sic ut ignis necessariò urit : oculus ne-
cessariò videt, si nihil sit quod impediatur.

§ 43. Duplex hic est necessitas quoad speciem actus,
seu specificationem, cui opponitur libertas contrarie-
tatis,

tatis & quoad exercitium cui opponitur libertas contradictionis. Utroq; modo necessitas assentiendi offerri potest intellectu, quoad speciē actus: ut statuat aliquod verum esse non falsum: sc. Deum esse amandum: & quoad exercitium, ut elicere actum intelligendi cogatur, cumq; suspendere non possit; ut in hac propositione: Bis duo sunt quatuor: si termini explicentur, & intellectus tam subiectum quam prædicatum cognoscat, non potest assensum subtrahere. Si autem non satis clarè & sufficienter objectum proponatur, æquè non determinature ad intelligendum intellectus, quam oculus ad videndum si corpus debito modò visui non objiciatur.

§ 44. Notandum tamen 1. hanc libertatem competere voluntati respectu bonorum particularium seu actuum singularium & mediorum ad finem, cum aliàs: quā generalem rationem boni non sit libera, sed necessariò feratur in bonum, sive id verum sit, sive apparens bonum: quicquid enim volumus, id non possumus non sub aliquā ratione boni velle. 2. Nec hanc libertatem ullo principio externo violento tolli posse, sed voluntatem à necessitate coactionis omnino liberant, esse: quicquid enim vult, liberè vult, neq; potest velle, quæ nolit; cum hæc contradictionem implicent: quoad actus quidem imperatos esse coactiò potest: at non quoad actus elicitos, interiores, voluntatis proprios: sed quicquid vult, eo ipso quo vult liberè vult, & eligit, etiam tùm, quando vel ab appetitu sensitivo seductus, vel errore mentis impeditus, vel metu & terrore ad aliquid est inclinatus.

§ 45. Superest ut breviter dicamus de electione, quæ licet cum interno, vel elicitò voluntatis actu, quem volitionem diximus, magnam cognitionem habeat, ab

illo ipso tamen differt, respectu, qui ibi est, *scilicet* potissimum : hic mediorum. Hanc Aristoteles dicit esse *ὀκνηρότητα* πρὸς τὴν ἀρετὴν καὶ μάλλον πρὸς ἡμῶν κείνων τὴν πράξιν. Non est illa in animâ sentiente, non in brutis : nec est vel cupiditas, vel ira ; sed est actus voluntatis, quem præcessit aliqua deliberatio.

§ 46. Aristoteles illam quidem aliquid spontaneum esse concedit : ita tamen ut non omne, quod sponte est, præcligendum esse statuat : sed illud saltem, quod antegressam habuit deliberationem : τὸ ἐκείστων, καὶ πῶς προαιρετικῶν ἀλλ' ἀεὶ τὸ προβλεπόμενον. Idem expresse dicit : ἡ γὰρ προαίρεσις, μετὰ λόγου καὶ διανοίας : omnis enim electio est cum ratione & mentis operatione. Idem ex Etymologiâ probat : προαιρετικὸν esse ὡς ὄν πρὸς ἐπιλογὰς αἰετῶν : i. e. id, quod præ aliis fit eligendum.

§ 47. Claudat disputationem de actionibus & actuum humanarum principiis, controversia, quæ est inter Aristotelem, & Platonem. *In se. homo improbus sponte fit malus.* Negavit eam Plato, & tantum virtutem voluntariam esse statuebat : vitia involuntaria. Argumentum ejus 1. à Minori, nemo voluntariè corporis malum sive ægritudinem afficit. E. multò minus animi. 2. à voluntatis objecto : Versatur enim voluntas tantum circa bonum. E. non circa malum : Sed quicquid sit de rationibus, quæ poterant sententiam Platonis aliter explicare, nisi clarissimè illam in Protegorâ & alibi proponeret : rectè eo nomine est reprehensus & confutatus ab Aristotele : Præterquam enim quod graviter impingit illa sententiâ in fidem Christianam : in ipsam etiam peccat Philosophiam. *Est in nobis, ait Philosophus, & virtus & vitiositas similiter : Quæ enim in nobis situm est ut agamus, etiam ut non agamus. Quamobrem si agere rem honestam est in nostrâ potestate positum, etiam non agere rem turpem positum erit, & si non*

si non agere quod honestum est, a nobis pendet, etiam agere quod turpe est a nobis pendebit; si vero in nobis situm est honesta agere & turpia, similiter verò etiam non agere, atq; hoc est bonos & malos esse, in nobis erit probos & improbos esse, adeoq; falsum erit dicere: neminem sponte improbum esse.


§ 48. Argumentum Philosophi I. est. Aut dicendum est hominem non esse principium illarum actionum vel: Actiones illas malas non esse nostras actiones: aut ab illis illas etiam provenire principiis, quæ in nobis sunt: nec enim alia principia esse possunt: *Μη ἔχομεν εἰς ἄλλας ἀρχὰς ἀναγεῖν παρὰ τῆς ἐφ' ἡμῶν, ὅν καὶ αἱ ἀρχαὶ ἐφ' ἡμῶν, καὶ αὐτὰ ἐφ' ἡμῶν καὶ ἐν ἑαυτῶν.*
2. Horum autem, inquit, videntur esse testes, & privatim singuli, & ipsi legum latores. Castigant enim & puniunt agentes improba, quotcumq; non vi, aut per ignorantiam agunt: cujus non fuerint ipsi causæ. Honesti autem agentes honorant, ut hos quidem adhortentur: illos verò prohibeant. Argumentatur ita: Si nemo improbus sponte suâ malus est, frustra proponuntur leges, injustè alii ornantur præmiis & dignitatibus: alii afficiuntur pœnis & suppliciis: nec enim quorum impossibilitas est, aliter essendi, pœnis coercentur, aut legibus prohibentur, nisi quis etiam ad Solem stanti imperare velit, ne caleas: aut ei qui pulsatur ne doleat, quæ & cœtera manifesti fati erroris convincunt, illam sententiam Platonis ut rationes multiplicare sit supervacaneum.

T A N T U M.

Corollaria.

1. Obediendum est principi: sed usq; ad aram. Si illud jubeat potestas, quod non debes facere, hic sane contemne potestatem, timendo piorem, & majorem potestatem. E. si aliud Imperator aliud Deus jubet

- beat, comepto: illo obtemperandum est Deo. Sed si Magistratus ad impia cogar, ut pote ad impiam religionem, quaeritur quid faciendum, & an subditi sese magistratui in tali casu oppo nere possint? D.*
2. Lipsius, *Firmiter, inquit, hac nostra sententia stat, unam religionem in uno regno servari debere, Quæritur e. An diversæ religiones in una republicâ possint tolerari? D.*
 3. App. Claud. dicere est solitus: *Negotium populo Romano melius committi, quam otium: præpotentia enim imperia, agitatione rerum ad virtutem capeßendum excitari: nimia quiete in desidiam resolvi. Id rectissimè. Pace enim & supinâ securitate libertas clabitur incogitantibus, nec ægrius unquam conservatur, quam si Reipublicæ deest hostis, qui timeatur,*
 4. Thuanus *Celeberrimus olim curiæ Parisiensis Præses: Galli, inquit, Pontificem quidem tanquam caput & principem Ecclesiæ agnoscant, sed ita, ut & decretû & Oecumenicis conciliis tanquam paterere teneatur, nihil adversus regnum ac Reges pronuntiare, aut contra curiæ placita, aut in præjudicium Episcoporum intra eorum fines detinere valeat. Idem: potest (in Galliâ) disciplina Ecclesiastica sine pontificû autoritate conservari: Philippus Pulcher ad Bonifacium Pontificem: Es scias, inquit, tua maxima Fatuitas, in temporalibus nos alicui non subesse: secum sentientes, fatuos reputamus ac dementes: Laudamus hac liberis Gallorum voces, omnipotentia papali limitem figentes: videmus enim non nobis solû: sed & ipsis pontificiis, imò Regi Christianissimo odiosam fuisse illum pontificis factû.*
 5. *Rarò feliciter res geritur, cum qui sacris tantum præcesse debeant, rebus Politicis se miscent, & omnia præfidenter agunt.*
 6. *Fœdera cum Turcis, alios offendendi causâ, non sunt incunda.*
 7. *Cum omnia excelsa, præsertim majestas imperantium, conjuncta sint cum invidia, & vix unquam majestas sine armis tuta, quin plures Reges domi à suis, quam ab hoste foris occisi legantur, ideo Aristot. necessariam esse scribit Regi & principi custodiam & præsidium corporis, (vulgo Gvardiam dicunt) Quæritur autem Urum hæc Gvardia, è civibus, an peregrinis, sit legenda? D.*



si non agere quod honestum est, a nobis pendet
est a nobis pendebit; si vero in nobis firmum
pia, similiter vero etiam non agere, atq; hoc est
bi erit probus & improbus esse, adeoq; falsum
sponte improbum esse.

§ 48. Argumentum Philosopho-
rendum est hominem non esse pri-
actionum vel: Actiones illas mali-
actiones; aut ab illis illas etiam pri-
quæ in nobis sunt: nec enim alia
funt: Μη έχομεν εἰς ἄλλας ἀρχὰς ἀν-
ἡμῶν, ὢν καὶ αἱ ἀρχαὶ ἐφ' ἡμῶν, καὶ αὐτὰ
2. Horum autem, inquit, videntur
vatim singuli, & ipsi legum latores.
puniunt agentes improba, quotcur-
ignorantiam agunt: cujus non fuerit
nesta autem agentes honorant, ut h-
tentur: illos verò prohibeant. A
Si nemo improbus sponte suâ mal-
ponuntur leges, injustè alii ornar-
gnitatibus: alii afficiuntur poenis
enim quorum impossibilitas est, al-
coercentur, aut legibus prohibentur.
Solem stanti imperare velit, ne cale-
tur ne doleat, quæ & cœtera manifestè
vincunt, illam sententiam Platonis u-
care sit supervacaneum.

TANTUM.

Corollaria.

1. Obediendum est principi: sed usq; ad ara-
bas, quod non debes facere, hic sane contem-
nere, & majorem potestatem. E. si aliud

quod turpe
e & tur-
pe, in no-
minism

Aut di-
larum
nostras
incipiis,
te pos-

ταὶ ἐφ'
ἐξάρτα.
& pri-
enim &

aut per
e. Ho-
adhor-
ur ita:

ra pro-
s & di-
s: nec

poenis
tiam ad
i pulsa-
is con-
multipli-

beat pote-
nendo pis-
d Deu ju-
beat

